



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Catena Temporum**

**Andrian, Carl**

**Herbipoli, 1698**

Series IV. Reges Galliaë & Regni illius vicissitudines

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65485)







toribus. Hujusmodi autem censentur quæcunque ferme ante Meroveum, primæ stirpis auctore, nullo antiquo teste producto, à multis traduntur.

Prima igitur Gallix Regum familia à Meroveo nomen & originem traxit, dictaque proinde est Merovingiorum, ab anno 448. ad 751. & annis regnavit 304.

Secunda, quæ in Pipino cæpit, sive à Carolo Martello illius patre, sive à Carolo Magno, ejusdem filio cognomen adeptæ sit, est Carolinorum, & ab anno 752. ad 987. annos 236 regnum tenuit.

Tertia auctorem agnoscit Hugonem Capetum, Hugonis Magni Franciæ ac Parisiorum Ducis, & Aurelianorum Comitis filium, ab eo posteri Capetorum cognomento appellati, qui ab anno 987. ad hæc tempora annos jam 704. feliciter imperant. De duabus postremis Regum familiis egregiè Labbeus, juxta quem hæc series ordinatur. In primâ stirpe describenda ea adducuntur, quæ elucubrata sunt à Godofrido, Henschenio, in *vita Sigeberti Kalæ Feb: in exegeesi pralim: 3 tom: April: & in Diatriba de Episc: Tugrensib. cap. 10. tom. 7. Maij.*

Secul. IV. à 300. ad 400.

Clogion Francorum Rex, à quo teste Gregorio Turonensi Meroveus originem



traxit, in castro Dispargi sedit apud Belgas. Id oppidum nunc Disthemium in Brabantia censetur.

*Alij Dispar gum malunt esse Teuſterorum ad Rhenum urbem.*

☉ *Saecul. V. à 400. ad 500.* ☉

Priamum & Faramundum Reges, quos vulgò Meroveo præmittunt, nulli veterum memoratos, fictos omnino cum Henschenio, aliisque putamus.

#### MEROVINGII REGES.

Meroveus à 448. ad 456. regnavit an. 8.

Childericus I. fil. ad 480. an. 24.

Chlodoveus I. fil. ad 509. an. 30.

Primus iste Parisijs sedem fixit, & primus Christo nomen dedit, an. 475. ex voto quo se in Tolbiaca pugna obstrinxerat.

☉ *Saecul. VI. à 500. ad 600.* ☉

*Quatuor Clodovei filii regnum partiti regnârunt.*

Theodoricus I. Metis, Chlodomirus Aureliæ, Childebertus I. Parisijs, Cellotarius I. Sueffione ad 561. annis 52.

*Filij Chlotarij regnant.*

Charibertus Parisijs, Gunthraunus Aureliæ, Sigebertus Metis, Chilpericus I. Sueffione ad 584. an: 23.

Chlotarius II. filius ad 630. an: 46.

*Post*



& Regni Gall: vicissitudines 281

Post hos regni divisio merito visa est impo-  
rtuna, ut qua discordiarum & civilium bello-  
rum semen evaderet.

☉ Sacul. VII. à 600. ad 700. ☉

Dagobertus I. à 638, an: 8. Clarus bel-  
lis in Saxones.

Reliqui Reges ad Childericum III. de gene-  
res latent, Regia domus Praefectis, sive Majo-  
ribus omnia permittentes.

Chlodoveus II. ad 656, an: 18.

Chlotarius III. ad 670.

Dagobertus II. S. Sigeberti Austrasij Re-  
gis filius, revocatur ex Hybernia in Gal-  
liam 661, occiditur anno 680.

Chilpericus II. ad 675, an: 5.

Theodoricus II. ad 693, an: 18.

Chlodoveus III. ad 698, an: 4.

Childebertus II. ad 711, ad 13.

☉ Sac. VIII. à 700. ad 800. ☉

Dagobertus III. ad 715, an: 41

Chilpericus II. ad 720, an: 4.

Theodoricus III. ad 738, an: 17.

Interregnum 6. annorum.

Childericus III. 751, an: 15.

Merovingiorum ultimus in monasterium  
detruditur cum filio Theodorico.

CAROLINI REGES.

Auctoritate Zacharia Papa succedunt 752.

A a 3

Pip-



Pippinus brevis ad 768. an: 16.

Carolus Magnus ad 814. an. 46.

*Primus à Francis Imperator 800.*

☉ *Seculum IX à 800. ad 900.* ☉

Ludovicus Pius Imperator 840. an: 26.

Carolus Calvus Imper: ad 877. an. 38.

Ludovicus II Balbus ad 879. an. 2.

*Boso comes coronatur Rex Burgundia, & Provincia. hinc Regnum Arelatense 879.*

*Andegavensium comitum origo 880.*

Ludovicus III. 882.

Carolomannus cum fratre, & solus ad 884. an. 6.

Carolus II. Crassus Imp: ad 888. an. 6.

*Regnare cæpit à morte Ludovici III.*

*Odo seu Eurdes tutoris nomine ad 898. annis 10.*

Carolus III. Simplex ad 923. annis 25.

☉ *Secul. X. à 900. ad 1000.* ☉

*Filius Ludovici II. Lotharingiam recipit 912.*

*Robertus Othonis frater à Gallis contra Carolum electus est 922. mox Carolo in Perona castro clauso.*

Rodulphus à 923. annis 13.

Ludovicus IV. Transmar: ad 954. an: 18.

*Vocatus fuit ab Anglia, ideo transmari- nus dictus.*

Lotharigs ad 986. an: 32

Ludo



& Regni Gall: viciffitudines. 283

Ludovicus V. ad 987. an. 1.

Lothario, Ludovici fratre rejecto, quia  
Germanus adhaferat, succedunt

CAPETI REGES.

Hugo Capetus ad 997. an. 10.

Robertus cum Patre ad 1031. an. 43. Fuit  
inclytus Religione.

☉ Sacul. XI. à 1000. ad 1100. ☉

Henricus I. ad 1060.

Rodolphus ignavus moriens, Burgundiam  
am Conrado Germaniæ Regi donat 1032.  
In eo deficit Regnum Arelatense.

Philippus I. 1108. an. 48.

Initium Delphinorum Viennensium à Gui-  
gone Seniore VIII Gratianopolis Comite 1075.

Hanc postea Provinciam Humbertus II. Del-  
phinorum postremus Philippo Valesio eâ lege  
vendidit, ut Regis filius primo loco genitus Del-  
phini nomen semper ferret. Genebrardus: alij  
autem scribunt donatâ fuisse.

☉ Sac. XII. à 1100. ad 1200. ☉

Ludovicus VI. Crassus ad 1137. an. 29.

Hoc regnante obiit Ioannes de temporibus,  
quem aliqui scribunt vixisse annis 361.

Ludovicus VII. iunior ad 1180. ann. 44.

Ductâ Eleonor. Guiennam acquirit 1137.

Lilia, sive potius lilium scuto Francico præ-  
mò inditum: alij deinde Reges scutum pluri-  
bus liliis conspersere,

Philip-



Philippus Augustus ad 1223. an. 44. hie-  
gaandi laudo illustris corona comitatus plu-  
res adjunxit.

☉ Sac. XIII. à 1200. ad 1300. ☉

Ludovicus VIII. ad 1226. an. 3.

S. Ludovicus IX. ad 1270. an. 44.

Carolus Andegavensis S. Ludovici filius  
uxoris jure, Provincia Comes, Raimundo Be-  
vengario Socero sine prole mascula obeunte 1245

Robertus S. Ludovici filius tertio loco geni-  
tus duclâ Borbonij Ducis haredes, cognomen in  
Regiam familiam, cum hareditate transfert.

Philippus III. Audax ad 1285. an. 15.

Philippus IV. Pulcher ad 1314. an. 29.

Tres hujus filii Regnum adepti, magnis  
afflicti cladibus, sine stirpe periêre.

☉ Sac. XIV. à 1300. ad 1400. ☉

Ludovicus X. Hutinus ad 1316. an. 2.

Lugdunum ex permutatione cum Episcopo,  
cui parebat, Regi cedit 1322.

Joannes filius vixit dies octo.

Philippus V. Longus ad 1322. an. 5.

Carolus IV. Pulcher ad 1328. an. 7.

Philippus VI. Valesius ad 1350. an. 22.

Valesius, à Comitatus titulo ante regnum  
adeptum dictus, cognomen posteris dedit.

Joannes II. ad 1364. an. 14.

Tolosa comitatus redit ad Regem 1361.

Carolus V. sapiens ad 1380. an. 16.

Caro



*& Regni Gall; vicissitudines 285*

Carolus VI. ad 1422. an. 42.

*Rem Gallicam propemodum perdidit.*

*☉ Sac. XV. à 1400. ad 1500. ☉*

Carolus VII. ad 1461. an. 39.

*Henricus VI. Anglus Caroli VI. ex filia nepos, adhuc bimulus Parisius coronatur Gallia Rex, qui titulus adhuc ab Anglo Rege usurpatur.*

*Tria lilia in scuto Francico primò apparent Normannia & Aquitania ad Regem redeunt 1450. 1451.*

Ludovicus XI. ad 1483.

*Burgundia Ducatus recuperatur 1476.*

*Carolus Meduanicus Provincia Comes sine prole moriens, Regem scribit heredem.*

Carolus VIII. ad 1498. an. 15.

Ludovicus XII. ad 1515. an. 17.

*☉ Sac. XVI. à 1500 ad 1600. ☉*

*Britanniam minorem Regno adjungit ducta Annâ Francisci II. Ducis hærede.*

Franciscus I. ad 1547. an. 32.

Henricus II. ad 1559. an. 12.

Franciscus II. ad 1560. an. 1.

Carolus IX. ad 1574. an. 14.

Henricus III. ad 1589. an. 15.

*Hugonotorum hæresis sub tribus postarioribus magnas excitat turbas.*

*Deficientibus in Henrico III. Valesijs, Bourbonij succedant, in Henrico IV. Contra quem Gallicorum Principum fœdus, Religionis sive*

*caus.*



causâ, siue obtentu, initum: ictor tamen &  
Catholicus factus regno positur.

Henricus IV. ad 1610. an 21.

Fridericus Mauritijs Turenus Dux Bul-  
lionis & Sedani Princeps 1591.

Ludovicus XIII. Justus ad 1643. an 33.

Rupella domita 1628. heresis opes fracta,

Regnum firmatum, Pinarolium in Italia

Francis additum 1637.

Sedanum Bullionio Duci eripitur à Ludo-  
vico XIII eâ tamen lege, ut honor & nomen  
Principatus Duci, Posterisque servetur 1641.

Ludovicus XIV. ab an. 1643.

Comitatus Burgundia bis expugnatus, & à  
Francis 1680.

Arausicanus Principatus ereptus Nassau-  
viis, plures urbes in Belgio & Germania  
captæ, sed restitutæ vi pacis initæ Anno  
1697. die 30. Octob. Argentinâ cum Alsatia  
reservatâ in Regis potestate.



## SERIES QUINTA

Hispaniæ Reges à Christo nato ad  
annum 1698.

Seculum I. à 1. ad 100.

Christo Humani generis reparatore  
nascente, penes Romanos fuit rerum  
Hispanicarum potestas Hi